



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Thomæ Tamburini Societatis Iesu Siculi
Caltanisettensis, In Alma Vniversitate nobilis Civitatis
Messanæ, Theologiæ Primarij Professoris. Explicatio
Decalogi Duabus distincta partibus**

In qua omnes ferè conscientiæ casus, ad decem Præcepta pertinentes,
mira brevitate, claritate, & quantum licet, benignitate declarantur

Continens sex Libros posteriores in Decalogum, id est, expositionem
præceptorum secundæ tabulæ

Tamburini, Tommaso

Monachii, Anno M.DC.LIX.

Omittens seu non prohibens, quod quis debet ex charitate, n. 10.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39995

Superius h. item per aliam occasio-
nem advertimus, negligentiam ejus-
dem gradus, quæ in rebus non magni
momenti est peccatum leve, esse cul-
pam mortalem in rebus majoris pon-
deris.

h sup. l. 1. c. 3. §. 7. v. depositum.

9. Huc pertinet, si quis occidatur
ex notabili culpa domini, nutrientis
animalia periculosa, & ea non custodi-
entis, de qua re pluribus non multo
post. Huc, si quis innocens condem-
netur ad mortem, ex gravi injuria ad-
vocati: huc, si quis infirmus moria-
tur ex notabili negligentia medici; huc
ij omnes, in quibus adeat obligatio ex
justitia vel quasi justitia. Nam pro-
pterea Layman, l. idem putat esse sen-
tiendum de liberis comparatione pa-
rentum, & contra: cum inter illos non
solum intercedat vinculum charitatis,
sed quasi justitiae obligatio natu-
ralis: quare si mulier manifestet
Patri propositum procurandi abor-
tum, prole jam animata, & pater non
impedit, si possit, irregularis fiet, ex
Layman citato, quia obligatur im-
pedire ex quasi justitia; licet neget Lefsi-
us; m quod utrumque esse probabi-
le, docet Dicastillus.

i Inf. c. 4. §. 8. a n. 8. 1 Laym. l. c.
c. 4. n. 8. cum Rodr. & Avila. m Leff.
i. 2. c. 9. n. 4. n Dicast. l. c. n. 220.

Quarta Regula.

omittens seu non prohibens, quod quis de-
bet ex charitate.

10. Omittens aliquid agere, ad quod

ex charitate quistenebatur, si ex hac o-
missione sequatur, seu sequi mors vel
damnum probabiliter poterat, peccat,
juxta gravitatem omissionis, modo
dicto num. 8. Talis esset is, qui cum
posset, non succurreret extrema neces-
sitate laboranti, unde si nōs sequatur,
erit homicida. Talis item, si quis non
revelet, cum possit, insidias alteri pa-
ratas, unde sequatur ejus occisio. Talis
(ex Layman, o licet refragetur Suarez p.) qui hominis occisionem impe-
dire volentem, maligna dissuasione,
ab hoc opere charitatis avertit.

o Laym. l. c. p. Suar. to. s. d. 45.
scit. 4. nu. 3. add. à Laym. l. c.

18. Discriumen autem, quod inter-
cedit inter omittentem actionem de-
bitam ex justitia, de quo in regula
præcedenti, & omittentem actionem
debitam solum ex charitate, de quo
hic agimus, est valde notabile. Licet
enim ex utraque omissione, si sequa-
tur occisio, homicidium tibi impute-
tur, tamen, quando teneris non omit-
tere ex sola charitate, non q. obligaris
ad restitutionem damnorum, quæ ex
illo homicidio, seu actione, etiam mor-
taliter peccaminosa, forte proveniunt,
nec incurris ullam irregularitatem,
si homicidium non r. intendisti, cum
utriusque sis reus, si per peccatum
mortale omittas, quando teneris ex
justitia. Ratio datæ doctrinæ est, quia
homicidium propriæ peccatum est op-
positum justitiae; quare quando non
est contra justitiam, non potest se-
cum ducere poenam, quæ debeat
ex justitia, qualis est pena restitu-
tionis, nec irregularitatem, quæ cū sit
odiosa.



odiosa, solum intelligitur imposta
propriè dicto injusto homicidio.

q Gaff. Hurtad. d. 2. de irreg. diff. 6.
n. 22. Turr. de conf. l. 9. d. 63. d. 4. ex
Vasq. p. 2. d. 100. nn. 4. contra Suarium
C Avil. Dianam cit. à de Lugo mox cit.
de Lug. t. 1. de just. d. 6. sec. 7. nn. 94.
Dicatt. l. c. n. 194.

Quando autem hoc homicidium
dicendum sit ex proposito, quando ca-
suale, ut videatur, an Episcopus pos-
sit ejus irregularitatem dispensare, si sit
occultum, potest colligi ex dictis nu-
2. sed distinctius vide apud Castropa-
laum. /

C Castr. t. 6. d. 6. p. 15. nn. 6. **O** 4-
apud Dian. p. 10. tr. 11. ref. 20.

§. II.

*Praxis, qua explicari homicidium inju-
stum oporteat in Confessione.*

PResidebat illustriss. D. Io. Tor-
risiglia Archiepiscopus Montis
regalis examini eorum, qui
sacrifici initiari postulabat, aderantque
de more examinatores, inter quos ego
minimus assidebam. Semel cum cæ-
teris fere examini obtulit Diaconus
quidam non multæ aetatis, utpote
paucis ante diebus aptos ad Sacerdoti-
um annos assecutus; qui, ut à me in-
terrogatus fuit, eccliam facultati o-
peram navaverit? Respondit: Sacra
Theologiae, ac præsertim casibus con-
scientiae. Hæsi ad illam expressam no-
menataque casuum mentionem: at-
que ut quantum re ipsa adolescens in

ea disciplina proficeret, explorarem
dixi: qua igitur ratione te gereres, si
ad te inter Confessarios jam ascriptum
penitentis accederet, qui hominem se
occidisse fateretur? Respondit: certe
laudare eos Confessarios non possum,
qui unicam dumtaxat, hujus præser-
tim criminis delationem, in tanto tri-
bunali sufficere, minus prudenter pu-
tant. Quinque enim interrogations
sunt superaddenda, nisi si quando ex
circumstantijs, qualitateve personæ,
temporis, loci, vel similium, aliqua
ex illis, quia res sit explorata Confes-
sario, prætermittenda videatur.

2. Prima est, de circumstantia per-
sonæ penitentis, nimurum an sit Cle-
ricus, an Sacerdos? ut nimurum, qua
ratione in irregularitate inciderit, &
an in irregularitate sacrificium celebra-
verit, quod fuisset novum peccatum,
innoscet.

3. Secunda, de circumstantia per-
sonæ, qua interempta est: in qua sunt
distinguenda quinque genera persona-
rum, quæ speciem sacerdotum perienda.
Primum est, ratione conjunc-
tionis, ut si pater, mater, uxor, si-
lius vel alij notabiliter conjuncti, o-
cisi fuerint: tunc enim homicidium
non solum peccatum esset contra justi-
tiam, sed etiam a adversis pietatem
parentibus debitam: secundum, ra-
tione status, ut si sit Clericus vel Mo-
nachus; est enim ejusmodi homicidi-
um in specie sacrilegij contra Religio-
nem, & incurritur excommunicatio
Pontifici summo reservata, in c. Si quis
suradente: tertium, ratione dignitatis,
ut si sit Episcopus, Archiepiscopus, Pa-
triarcha,

